

Hermann Becker

**Rector Universitatis Rostochiensis M. Hermannus Becker/ Inf. Math. Prof. Publ. ....  
ad D. Jacobi Pastor, Viri plane Eximii, Dn. Nicolai Meieri, Senatoris apud Nos  
prudentissimi spectatissimiq[ue] Funus indicit, Et ad eundum Exequias Hodie ...  
celebrandas, Omnim ordinum Cives Academicos ... invitat : [P.P. sub sigillo  
Rectoratus, die XXI. Martii, Anno 1672.]**

Rostochii: Kilius, [1672]

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn770474934>

Druck    Freier  Zugang



Becker, H.,

in

N. Mejer.

Rostock, 1672.

53







42

RECTOR  
UNIVERSITATIS ROSTOCHIENSIS  
**M. HERMANNUS**  
Becker/

Inf. Math. Prof. Publ. Philosoph.  
Facultatis hodiè Decanus, & ad D.

Jacobi Pastor,

VIRI planè Eximii,

**DN. NICOLAI  
MEJERI,**

SEPTENTRIONIS apud Nos prudentissimi  
spectatissimiq;  
Funus indicit,  
Et ad eundum Exequias  
Hochborá I. pomerid. in Aede Mariæ  
celebrandas,

Omnium ordinum CIVES ACADEMICOS  
sedulò officioseq; invitat.

ROSTOCHII,

Typis JOHANNIS KILI, Universitatis Typogr.





**N**on ita est pridem, quum è CIVIUM numero  
ætatis florentissimæ VIRUM, telluri, quæ nostra  
omnium Mater est, committeremus. Hodiè  
non tam occasio datur, quam imponitur magè necessi-  
tas indicendi publicitus funus VIRI SENATORIS,  
qui jam septimum supra quinquagesimum vitæ annum  
exegerat. Adeò nec ætates discernere MORS didicit,  
nec sexus, nec verò etiam ordines. Sed enim non ho-  
mini tantum ista inevitabilis moriendi posita est condi-  
tio, verum etiam vastum hoc UNIVERSI corpus, atq;  
adeò totam Naturam interitui obnoxiam esse, paullò  
curatius consideranti sit manifestissimum. Utiq; enim  
si quis prima illa corpora, è quibus singula in Mundo  
confiunt, intueatur, superq; fatisq; deprehendet, ipsa  
illa, dum ex mutatione eorundem nunc hoc perit,  
nunc aliud generatur, perpetuâ vice aut nasci, aut di-  
em obire suum. Ipse Astrorum Princeps SOL, promus  
condusq; diei, dum cotidiè conspectui sese nostro sub-  
ducit, subq; horizontem condit, nonnè interitum,,  
quem decretorius ille dies semel afferet, jugiter mina-  
tur? Quem cetera quoq; sidera imitari videoas, quæ re-  
nascenti majori lumine, mortem quodammodo suam  
obire videntur. Quid jam porrò de omnis generis ani-  
manti-

mantibus dicemus? Quæ & ipsa magnam illam mortem  
exercere conspicias. Quid de Urbibus? quarum mi-  
rabiles esse casus vicesq; sivevere. *Quis credat (ele-  
gantissimi est Scriptoris VELLEI PATERCULI in  
non absimili casu exclamatio) Civitatum nunc florere*,  
*adèò fortunam, nunc senescere, nunc penitus interire!* Qui  
ergo sit, quod nos homunculi, cùm illum rerum o-  
mnium interitum, tot gentes intermortuas, tot ur-  
bium oppidorumq; quin provinciarum quoquè cada-  
vera passim per orbem terrarum projecta contue-  
mur, unius è nostri numero tam à grè discessum flebi-  
literq; feramus? Præcipuè cùm nòrimus doctique  
simus abundè, non detrudi nos, quotquot CHRISTI-  
ANI quidem fidelesq; verè simus, mortis interventu,  
ad deteriora, sed provehi utiq; ad statum longè, quàm  
quo fueramus antè, præstantiorem. Maximus Hippo-  
nense Doctor, AUGUSTINUS, nescire sese, ait, mor-  
talem dicat hanc vitam, an mortem potius vitalem, cœu quæ  
verâ demum nos vitâ ac salute beet. NAZIANZENI  
GREGORII eximia est ac memorabilis sententia: Res  
humana labuntur ac intereunt, & aliam atquè aliam sub in-  
dè capiunt mutationem. Vita quidem & Mors tametsi plu-  
rimum differre videantur, inter se tamen mutuè transmc-  
ant, vicissimq; succedunt. Mors vero quæ non modò nos  
à præsentibus malis vindicat, sed ad supernam quoq; vitam  
traducit, haud equidem scio, an propriè appellari mors que-  
at, ut potè nomine magis, quàm re formidabilis. Atque

absurdè sanè & præpostere affecti esse videmur, qui ea,  
qua formidulos non sunt, extimescamus; ea autem, qua me-  
tuenda sunt omnino, ut meliora magisq; expetenda comple-  
ctamur. *Mia ζωὴ* ( sequitur mox ipso in fonte; priora  
enim, ceu pluscula, saltem ex versione latinâ dedimus )  
*τοῦ τὴν Ζωὴν Βλέπειν;* *Εἰς δέ τοι μάρτυρα, ψυχῆς τὸ οὐρανόν.*  
Euripum vitam esse nostram aut mare, nupero scribere  
meminimus Programmate, quod Funeri Dörckiano  
parabatur. Nunc addimus, Mortem esse portum. Ma-  
re nunc ridere quidem & blandiri, mox sævire & fure-  
re; nunc cælo minari, & grandes moliri montes atque  
abyssos; mox ad quietem & planiciem sese recipere  
videas; semper tamen amarum, semper salsum, innu-  
mera producens jugiter monstra; deniq; sapè nec ex-  
spectatis, nec provisis fluctibus Navitas obruens; uti  
verè olim, longè præstare esse pauperem terrā, quām divitem  
mari, existimatum Menandro, habitumq; sit. Quantò  
igitur est optatius, in portum tutum tranquillumq; in-  
vehi, quām sævis usque tempestatibus jactari; tantò  
est felicius mortem obire suam, quæ dolorum labo-  
rumq; atq; periculorum omnium finis est, quām vitæ  
hujus perpetuis fluctibus miserè defatigari. Quantò  
beatius est, altissimā jucundissimāq; pace frui, quām  
æternis iisdemque ærumnosissimis bellis inquietari,  
tantò est præstantius mori, quām vivere. Hic nos  
profectò aut impendio fallimur, aut plurimum de  
dolore remissuros suo arbitramur, qui præsenti casu,

non

non leviceteroquin aut supervacaneo, attinentur. Ce-  
terum jam tandem exequi, quæ hujuscemodi oppidò  
in amoenis occasionibus afferri memorariq; sverunt,  
sedet utique animo nostro sententia. Natus est FUN-  
CTUS noster heic ROSTOCHI, Anno hujusce Seculi  
XV, die 29. Jan. Patre Viro honoratissimo, Civeque  
planè industrio, OTTONE Meyer/ Centuniviro; Ma-  
treq; ANNA Schmides/ Feminâ præstantissimâ.  
Avus paternus fuit EVERHARDUS Meyer / ex præ-  
diis Westphalicis (in illâ enim terrâ degit) laudatè vitam  
agens suam. Avus Maternus NICOLAUS Schmidt /  
Civis nostras eximus. Aviam Maternam nactus est  
ANNAM Klein / ipsam quoq; sexus sui ornamentum  
decusq;. Post in lucem hanc editum, non diu mora-  
ti sunt Parentes, sed id continuò dedere operam, uti  
à sordibus, quas nascendo contraxerat, per sacram  
Baptismi fontem purgatus, renasceretur, membrumq;  
hoc pacto sacræ fieret Ecclesiæ. Quumq; non tam,  
crescente ætate, ad studia propendere, quam ad ne-  
gotiationes potius naturâ præparatus crederetur, per-  
egrinari, post jaeta tamen non omnino nulla litera-  
rum fundamenra, sustinuit, abireque cum aliò, tum  
STRALE Sundium præcipue, ubi Sericorum tra-  
ctandorum lubidine impensè videbarur attineri. Quo  
in proposito etiam aliquamdiu mansit, usque dum  
An. 39. domum ex causâ vocatus, abs cœpto quodam-  
modo resilire, variæque alii, extra rem sericam, mer-

caruræ applicare animum orsus est. Anno XLI. thalamo sibi junxit CATHARINAM von Vorden / LAMBERTI Schüren relictam viduam, singulare pietatis atquè virtutum exemplar. Quæ cùm ei Anno 67. defungeretur, ad altera vota (in quibus nil omnino vitii, ceu Tertulliano, & plerisq; quondam Græcorum visum) ivit, junxitq; sibi Anno 69. die 10. Febr. EUPHROSINAM WILLEBRANDIAM, virginem. clarissimam ornatissimamq; DN. JOANNIS WILLEBRANDI Senatoris ac Camerarii apud nos primarii, filiam. Quâ cum breve quidem, & non nisi triennium, sed ita tamen vixit, uti ipso sacramento firmasses, unam animam in duobus corporibus divisam fuisse. Cetera quoque omnia nexus felix abundè fuit, nisi quòd perpetua VIRUM annvia (cui tantum non infamia nota, apud fudæos inurebatur) sive premeret, sive divixeret. Ceterum abs conjugiis FUNCTI secedere ad ejusdem honores lubet atq; officia. Quibus decoratus certe nec unis fuit, nec vilibus. Vidimus enim ipsum initio Cassæ veteris Præfectum; vidimus deñ Ædis Joanneæ Antistitem; hinc in numerum Centumvirorum cooptari quoque vidimus. Sed enim intra hosce cancellos minime sese contineripatiebatur VIRI virtus, verum per Curiam quoque diffundi non satagebat quidem ipsa, sed magè merebatur. Igitur Anno 62. ipso solenni Matthiæ die, publicitus, magnoque cum Civium applausu, SENATOREM inter alios, nō ignobili loco,  
pro-

proclamari audivimus. Quo in officio, & ceteroquin etiam  
ubique eum sese præstiterit, uti vix cuiusquam offendas incur-  
reret, neminis odia, quorumvis, BONORUM certè omnium  
amorem atq; benivolentiam promereretur. Trahimus rem in  
compendium, monemusque verbo: Vixisse DN. MEJERUM  
noltrum, obiisseq; CIVEM ac SENATOREM OPTIMUM.  
Erat ætate jam proiectior. Hinc eò major VIRI ac luculentior  
jactura. Ex juvenibus tanta sperari minimè aut redundare in  
REMP. salus quibat. *Consilia Sénum basæ juvenum* scitè appo-  
siteq; Plutarchosunt. *Sallustio Crispo* non ridet certè CONSIL-  
LIARIUS, nisi cui corpus annis grave, ingenium sapientiâ validum  
sit. *Enim verò recte consulere prudentis, adeoque SENIORIS maxime*  
*proprium existimandum est munus esse;* uti habet Philosopho-  
rum princeps Arist: lib. 6. Eth. Nic. cap. 7. Qui eâ conditione  
sunt, ii verò prodesse REI valent PUBLICÆ, uti vel sedendo  
acquiri salus, & ipse debellari hostis possit; ceu de Romanorum  
SENATORIBUS per-quondam-eleganter MAJOR ad severabat  
CATO. Ceterùm de virtutibus BONI CONSILIARII alibi  
curatius recipimus viluros. Nunc properare ferè ad finem,  
jusserit vel ipsa paginarum angustia, vel multitudo etiam, qui-  
bus distringimur, negociorum. Recens lapsò Februari. queri  
de valetudine, malequè habere cœpit. Spes quidem initio  
non minuta apparebat fore, uti *ualegia* remitteret, belliusque  
corporis infestati conditio haberet. Sed enim non satis fido,  
quicquid ita sperabatur, sterit tibicine; quando relabi identi-  
dem ad priora, tandemque salutis negocium pro desperatissi-  
mo haberi vidisses. Adhibiti quidem in consilium sunt bini  
*aradurias nostræ nictores, VIRI excellentiissimi D N. D. JOAN.*  
*BACMEISTERUS, & D N. D. SEBAST. Wirdig / Professores*  
*Publ. Collegæ syavissimi, sed non alio eventu, quam uti hæc*  
*nobis scribendi necessitas imponearetur. Aliâ igitur rem ag-*  
*gressus est, & salubriori viâ, CLINICUS, accersivitque D N.*  
Confel-

Confessionarium, Animæ Medicum, Virum maximè Rev. & Excell. DN. HINRICUM MULLERUM, Th. D. & P. P. Superintendentem & Ædis Marianæ Pastorem præclarè cotidiè & jam dudum merentem, Collegam itidem conjunctissimum; è cuj manu, præviâ seriâ ardentique peccatorum omnium confessione, sacram acceptavit Synaxin, eâque ipsâ, ceu ultimo viatico, viæ, quæ mox ingrediunda erat, probè sese præmunitivit. Nequè diu adeò post ista solennia superstitasste, sed die, non nimis longo intervallo insecurâ, XIV. hujuscè Martii piè placidèq; in DOMINO obdormivisse relatum iis est, ad quos ea cura istaque officii ratio pertinere videbatur. VOS, CIVES ACADEMICI, omnium ordinum honoratissimi, ite VIRO, GIVI, SENATORI, CHRISTIANO undiquaque OPTUMO (denuò FUNCTUM hoc ornare lubet elogio) frequentes Exequias. Utquæ ita faciatis omnino, studiosè abs Nobis officioseque rogamini. Fuerit ea prothymia atque benivolentia & vobis honori, & superstitantibus, VIDUÆ præsertim juvenculæ, quam Deus ipse Spiritu suo S. soletur, levamini.

P. P. sub sigillo Rectoratus, die XXI.  
Martii, Anno 1672.












proclaimari audivimus. Quo in offici  
 ubique eum sese præstítit, uti vix cuji  
 reret, neminis odia, quorumvis, BON  
 amore atq; benivolentiam prometer  
 compendium, monemusquè verbo:  
 nostrum, obiisseq; C I V E M ac SENA  
 Erat ætate jam proiectior. Hinc eò ma  
 jactura. Ex juvenibus tanta sperari m  
 REMP. salus quibat. Consilia Senum b  
 siteq; Plutarchio Crispo non  
 LIARIUS, nisi cui corpus annis grave, ing  
 sit. Enim verò recte consulere prudentis, ad  
 proprium existimandum est munus esse;  
 rum princeps Arist. lib. 6. Eth. Nic. cap  
 sunt, ii verò prodesse REI valent PUE  
 acquiri salus, & ipse debellari hostis po  
 SENATORIBUS per-quondam-elegant  
 C A T O. Ceterū de virtutibus BOD  
 curatius recipimus visuros. Nunc pi  
 jussert vel ipsa paginarum angustia, vel  
 bus distringimur, negociorum. Rece  
 de valetudine, malequè habere coepi  
 non minuta apparebat fore, uti *xanezia*  
 corporis infestati conditio haberet. S  
 quicquid ita sperabatur, sterit tibicine  
 dem ad priora, tandemquè salutis neg  
 mo haberi vidisses. Adhibiti quidem  
 à *adūrias* nostræ *nictores*, VIRI Exellen  
 BACMEISTERUS, & DN. D. SEBAST  
 Publ. Collegæ syavissimi, sed non alio  
 nobis scribendi necessitas impone retu  
 gressus est, & salubriori viâ, CLINIC



the scale towards document

quin etiam  
 ensas incur  
 è omnium  
 mus rem in  
 MEJERUM  
 OPTIMUM.  
 luculentior  
 dundare in  
 scitè appo  
 C O N S I  
 tiâ validum  
 RIS manuæ  
 hilosopho  
 conditione  
 vel sedendo  
 romanorum  
 ad severabat  
 IARII alibi  
 è ad finem  
 etiam, qui  
 ruar. queri  
 idem initio  
 belliusquè  
 i satis fido,  
 labi identi  
 lesperatissi  
 m sunt bini  
 D. JO A N.  
 Professores  
 amuti hæc  
 tur rem ag  
 itquè D. N.  
 Confes

Patch Reference numbers on UTT  
 T263 Serial No. 932

Image Engineering San Reference Chart UTT